curia imperatoris, quam propter suam consiliativam industriam frequenter vocatus sepius visitabat, necnon apud regem Francorum, qui ipsius familiarem habebat noticiam, plurimum honoratus.

paciencia nunc b) dissimulando nunc donativis redimendo sepius devitabat. Terrebat etiam emulos fama et gloria diviciarum ~~ciui~~ ipsius, quibus ipse pre omnibus terrarum dominis suis convicinis principibus atque magnatibus in habundancia

rerum, in possessione presertim frumenti et vini et victualium continue habundabat. Cum comite de Arnsberg, item cum comite de Seyne aliquo tempore duxerat guerras, que tamen absque bellis gravibus et absque dispendio ecclesie notabili brevi in ~~te~~ articulo c) concludebantur. Comiti siquidem de Seyna debitam iniuriarum rependit vicem, nam opidum quoddam eiusdem comitis dictum Aldenkirgen, quod d) ipse ad invadendum ex eo fines ecclesie fortiter muniverat, Johannes dominus de Sleyda domino archiepiscopo protunc in remotis agente et cui protunc vices in temporalibus commiserat, per gentem et fideles ecclesie ~~cepit~~ bellico insultu cepit et funditus e) destruxit, et huiusmodi eventum iocundum et destructionem dicti opidi fecit dicto domino archiepiscopo pro prosperis novis sine dilacione remandari f). Ipse etiam archiepiscopus reipublice multum zelans associatis et confederatis sibi nonnullis terre dominis et civitatibus

1354. castrum dictum Gripenkoven 70] propter latrocinia de eodem passim commissa forti obsidione vallatum cepit et ~~x~~ totaliter comminuit.

Sed tam celebre nomen huius viri g) non caruit reprehensione, quia cupidus admodum videbatur, non attendens ~~ver~~ illud verbum verissimum sapientis, Aristotelis videlicet, quod summa bonitas est in principibus abstinere a pecuniis subditorum. Nam cum ipse theloneis k) et exactio=

Sed tanti viri celebre nomen et gloriam sola h) ipsum detinens cupiditas obfuscabat. Nam cum theloneis et exactionibus in clerum et populum i) inmoderate abuteretur, omnium contra se odium provocabat. Propter quod et quia subditos plus servili quam civili dominacione l) premebat,

b) non 5. c) ita conieci; arte videtur scribere 5. d) et quod 5. e) funditus et 5. f) fuit remandatum 5. g) huius viri deest 4. 4'. 4''. h) solum 5. in inmoderata (inexcogitata 6) ipsum detinens cup. 6'. i) populum 6. deest 5. k) theloneis 1. l) dominacione 5.

70] Cf. Laurent, Aachener Stadtrechn. aus dem 14. Jahrh. p. 48.